



Kern 86
(1-54; a-g)

(9)

CONSPECTVS LABORVM

QVIBVS

PROFESSORES

ACADEMIAE REGIAE FRIDERICIANAE

PER SEMESTRE HIBERNVM

ANNI MDCCCXXXIII.

GCCVPABVNTVR

PRO-RECTORE

DANIELE STRAEHLERO,

PHILOSOPHIAE PROFESSORE ORDINARIO, ET MATHE-
MATVM EXTRAORDINARIO.

Hala Magdeburgica, literis HENDELIANIS.



LECTIONES PRO-RECTORIS, DIRECTORIS & CANCELLARII.

DANIEL STRAEHLER *b. r.* PRO RECTOR hoc semestri 1) *Logicam suam* illustrabit; 2) *doctrinas Metaphysicas* sedulo examinabit & solide demonstrabit; 3) ex *Mathesi pura Aristometrica & Geometria* proponet.

IVSTVS HENNINGIVS BOEHMER IC. in PVFENDORFFII opusculum *de habitu religionis ad vitam civilem* publice commentabitur; privatim vero tum *institutiones iuris canonici: tum alteram Digestorum partem* debita illustrabit cura, atque totus in eo erit, ut vitam manuum editioni corporis iuris canonici, cui per aliquot annos infudavit, in commodum rei literariæ, addere queat.

CHRISTIANVS WOLFFIVS hor. XI. antem. & III. pomer. commentabitur in præclarum opus GROTII de *Iure belli & pacis* in gratiam eorum, qui ad solidam Iuris naturæ & gentium cognitionem aspirant. Hor. IV. pomer. explicabit *Metaphysicam*, omnis cognitionis humanæ fundamenta inconcussa positurus.

LECTIONES THEOLOGICAE.

GOTTHILF AVGVSTVS FRANCKIVS utramque Pauli epistolam ad Timotheum interpretabitur & ad vsus in ministerio ecclesiastico accommodabit. Præterea in consuetis patrenesibus perget, & ascetica tractatione posterioris epistolæ ad Corinthios absoluta, ad eam, quæ ad Galatas scripta est, progredietur.

CHRISTIAN. BENEDICT. MICHAELIS publice hora III. historiam passionis & resurrectionis dominicæ, ex IV. Euangelii ordine harmonico digestam, adnotationibus philologico-exegeticis illustrabit: privatim hora IX. in prophetiam Danielis, vna cum libro Ezræ, commentabitur, præmissis Chaldaicæ linguæ, quæ utriusque libro communis est, fundamentis.

SIGISM. IAC. BAVMGARTEN *theologiam dogmaticam* explicabit h. VIII. *controversias theologicas* tractabit h. XI. *pericopas epistolarum* liturgicas interpretabitur h. III. atque selectis auditoribus nomen antea professus *notitiam librorum theologorum* proponet diebus lunæ & martis h. VI; reliquis autem diebus publice continuabit *historia christiana* enarrationem, vna cum *disputationibus dogmaticis & ascetica actorum apostolicorum illustratione*.

BENED. GOTTLÖB CLAWSWITZ lectiones publicas h. X. in B. LANGII *Oeconomiam dogmaticam* inceptas continuabit. Privatim h. IX. *Euangelium Iohannis* explicabit. H. III. *Theologia moralis* institutiones ductu Oeconomiae moralis B. LANGII exhibebit. H. V. *Pericopas evangelicas* exegetica & homilietica tractatione dilucidabit. H. I. diebus mercurii exercitationes *disputatorias* in præcipuis theologiae dogmaticae theses continuabit. Perget etiam in *disputationibus de fide in Iesum Christum* publice habendis.

IO. HENR. CALLENBERG publice hora III. IV. priorum hebdomadis dierum *Historiam ecclesiasticam Novi Testamenti* enarrabit; porro hora I. II. diei mercurii *Isagogen* præbebit ad studium *ibeticum, morale, polemicum*, aliasque theologiae partes; exercitationes etiam *antiudaicas* continuabit.

IO. GEORG. KNAPP h. 11. 12. *scripta prophetarum minorum, Salomonis & Iobi cursum explanabit*. h. 5. 6. vero *dogmata sacra ordinem elementorum Freylinghusianorum* secutus explicabit. *Exercitationes* quoque *disputandi* die I. vis repetet, die Veneris vero *librum aliquem biblicum*, de quo adhuc deliberabit, *ascetica ratione tractabit*, suoque tempore, quæ ad duplex hoc institutum pertinent, auditores monebit.

IVRIDICAE.

SIMON PETR. GASSER ICt. publice hora XI. *axiomata* quædam ad *Pandectas* cum vtilioribus *causelis* in calamum distabit, privatim hora X. & II. pom. *Pandectas Ludouicianas* denovo explicabit, & hora III. Collegium *Præctico-elaboratorio-Relatorium* incipiet, ad suas *Positiones practicas* in Orphanotropheo extantes. Initium erit d. 19. Octobr. statim post finitas nundinas Lipsienfis.

D. IAC. GABR. WOLF publice, hora VIII. matutina, ad LVDOVICI *doctrinam pandectarum* diligentius commentabitur; privatim hora IX. HEINECCI *elementa iuris civilis, secundum ordinem Institutionum adornata*; hora XI. STRVVI *iuris publici prudentiam*; atque hora III. pomeridiana *elementa sua juris feudorum, tum provincialium, tum imperioium*, ea, qua par est, fide & industria, interpretabitur. Nec iis defuturus, qui ad *iurisprudentiam suam naturalem ac gentium* commentationes desiderauerint. *Initium* horum laborum A. S. N. fiet nundinis Lipsienfis finitis.

CAROLVS GOTTLIEB KNORRE Hora XI. HEINECCI *Elementa Institutionum & Hora X. iuncta II. pom. Pandectas Ludouicianas* interpretabitur. Denique Collegium *præcticum elaboratorium* ad ductum der *Gründlichen Anleitung zum Gerichtlichen Proceß* aperiet simulque *elementa artis velatoria* tradet.

IO. GERARDVS SCHLITTE hoc semestri in *Institutiones Iustinianear,* STRVVI *iurisprudens. R. G. forenses,* nec non B. LVDOVICI *Doctrinam Pandectarum* luculentor commentabitur,

bitur, nec illis, qui Collegium *examinatorum* ad Pandectas expetiuere, defuturus. Initium DEO propitio, fiet finitis nundinis Lipsiensibus, *d. 19. Octobr.*

IO. SAMVEL FRIDERICVS BOEHMER per instans semestre exponet hora VIII. *Elementa suo iuris prudentia criminalis* hora X. iuncta II. *Dn. PARENTIS Pandectot.* hora XI. B. HEINECCI *Elementa Institutionum* expositis vbiq; quæ olim apud Romanos obtinuerunt, & quæ etiam nunc in fore obtinent, iuribus, vt de coniungendo studio *antiquitatum cum vsu moderno* confutare possit. Addet his hora III. pomeridiana prælectiones ad STRVVI *iuris prudentiam feudalem*

MARTINVS SCHMEIZEL, de publicis horis infra dicit; *Privatorum laborum series* ista erit; puta h. IX. *Historiam Iuris Civilis, Canonici & Ecclesiastici Professantium*, ad ductum thesaurum suarum explanabit; h. XI. Celeb. Dn. MASCOVII *Principia Iuris Publ.* ita illustrabit, vt illæ doctrinæ, quæ variis mutationibus obnoxie dignoscuntur, nexu debito ad præsentem nostram ætatem deductæ compareant; h. III. *Controversias illustres*, quas mors CAROLI VI. Imp. caussavit, ex genuinis fontibus cognoscendas propinabit.

IO. EHRENFRIED ZSCHACKWITZ Prof. Iur. Ordin. Hor. IX. matut. *Capitulario modernæ Imperatoris* explicatur, & exhibetur genuina Eius Origo, adduntur etiam *Præsentis illustres* nostri Imperii. Hora I. pomer. ex *Compendio Ludouiciano Ius Militare* enucleatur, adiungitur *Politico militaris*, & quæ cum illa connexa. Hor. III. duce quidem *Compendio Mascouiano Ius Iuris Imperii Publicum* illustratur, ea tamen methodo, vt ipsissima Origo & authentica Praxis *Legum Fundamentalium* ex Actis Publicis & Historia nostri Imperii appareat.

IO. TOBIAS CARRACH priuatim 1) explicabit hor. VIII. *Perillustr. Dn. BOEHMERI Tractatum de Actionibus.* 2) atque hora IX. tradet *Ius Natura & Gentium* HEINECCIO duce. 3) Ius Civile autem tam Romanum quam Germanicum ex principiis suis demonstratur docet ad HEINECCI *Elementa* tum hora X. iuncta II. pomer. *secundum ordinem Pandectorum*, tum 4) hora XI. *secundum ordinem Institutionum.* 5) collegio *Processuali elaboratorio* destinabit horam III. Initium collegiorum erit die XIX. Octobr. auditorium autem in ædibus Erpelianis auf der grossen Stein-Strassen.

MEDICAE.

MICHAEL ALBERTI tractatione publica Casus tragicos ac fortuitos consueta constantia pathologico-practica explicatione continuabit. Priuatiore studio Physiologiam, Materiam Medicam & Praxin Specialem ad finem perducet. Pathologiam autem, Semioticam & Therapiam generalem inchoabit: proximis etiam temporibus Physiologiam medicam denuo auspicabitur; ad nonnullorum peritum vel Chymici dogmatico-experimentalem, vel Iurisprudentiam Medicam tractabit.

IO. IVNCKER docebit lectionibus publicis vsum & abusum venæsectionis, hirudinum applicationis, fomentum, vesicatoriorum, vesicularumque operationum chirurgicarum, quæ ad morbos internos curandos commendari solent. Priuato studio hora X. medicinæ fundamenta, scilicet physiologiam, hygieinam, pathologiam & semiologiam, hora autem XI. Therapiam primum generalem cum materia medica, deinde autem specialem tractabit. Priuatissima opera hora IX. prouectiores in praxi clinica exercebit.

D. IO. HENR. SCHVLZE de se promittit, quicquid præstare poterunt vires a longo & difficillimo morbo attrite & non nisi lento gradu redeunt. Significabo iubens si audere aliquid & redire ad labores licuerit: & pro modo temporis etiam argumentum eligit.

FRID. HOFFMANNVS, Publice hora XI. pathologiam solidæ physiologiæ superstructam explicabo. Priuatim hora IX. physiologiam docebo, hora X. materiam medicam pertractabo & in hoc collegio non singula solum coram ostendam, sed de eorum etiam viribus & remediis, quæ ex iis præparantur, agam. Initium harum lectionum erit finitis nundinis Lipsiensibus.

D. PHILIPPVS ADOLPHVS BOEHMER publice de legibus artis in medendo & medicamentorum viribusaget. Priuatim hora VIII. *physiologiam* explicabit, hora IX. ad XI. *preparationes instituet anatomicas*, & priuatissime prouectiores ad *anatomiam practicum* manu ducet. Hora II. *pathologiam* docebit generalem, & hora III. *osteologiam* iunctis reliquis *anatomia partibus* continuo studio pertractabit.

PHILOSOPHICAE.

CHRISTIAN. BENEDICT. MICHAELIS cum lectionibus theologis supra indicatis, philosophicas in linguis sacras coniunget: insuperque in auditorio suo domestico prælegi curabit hora X. Iesaiam ex fontibus Ebraicis; hora II. prioribus hebdomadæ feriis doctrinam de accentibus Ebraeorum, posterioribus vero Epistolam ad Romanos; & hora V. introductionem critico-philologicam in tabulas noui fœderis.

MICHAEL ALBERTI, Finito Systemate sui Physico publica doctrina nunc Physicam Subterraneam tractabit, eiusque vsum in Medicina indicabit.

IO. IOACHIMVS LANGE, Math. P. P. O. publice h. 4. *Mathesin puram*, h. e. *Mathesin vniuersalem, Arithmeticom, Geometriam* atque *Trigonometriam*; priuatim h. 2. *Mathesin applicaram*,

casam, h. e. disciplinas *Mechanicas, Opticas, Astronomicas* cum *Architectura civili* atque *militari* demonstrabit. *Physicam dogmatico-experimentalem* h. i. ita explicabit, vt nexus dogmatum perpetuis illustretur & confirmetur experimentis. *Historia* autem *naturali specialissima*, h. e. explicationi rerum naturalium & curiosarum per tria regna naturæ, mineralæ, vegetabilæ, animalæ, ad ductum *Systematis Linnaeani* & *proprii apparatus rerum naturalium* & curiosarum, definitæ sunt horæ 1-3. die Sabbathi. Nec iis, qui *Algebræ* explicationem aut lectiones *chemicas theoretico-practicas* desiderant, deerit.

MARTINVS SCHMEIZEL, absoluto curriculo, quod horis *publicis* hætenus decurrimus, nouas operas, in tempore designabit. *Priusim* h. VII. *Geographiam generalem* docebit. h. IV. *Notitiam Starum Europæorum*, ad ductum libri sui: *Einleitung zur Staats-Wissenschaft*, propinabit; h. V. *Historiam nouissimam vniuersalem Seculi XVIII. currentis*, illustrabit; diebus Lunæ & Martis h. I. *Heroldicæ* amœnitates proponet degustandas; diebus vero reliquis, eadem hora, ad *Rem nummariam* regulis & exemplis cognoscendam, manuducet desiderantes. Lectiones in *Historiam vniuersalem* æque ac *Germanicam*, ob defectum exemplarium, in semestri ætium differuntur.

D. IO. HENR. SCHVLZE, Deo vires benigne largituro promte succurret desideris eorum, quibus prodesse poterit: præcipueque dabit operam vt iis qui numismaticas institutiones desiderauerunt, omni fide & industria satisfiat.

D. FRIDERICVS WIDEBVRG semestri hiberno tradet ab XI. XII. *Ius Publicum S. R. I.* præeunte MASCOVIO: a III. IV. *Historiam Imperii Germanici* duce STRVVIO: a IV. V. *historiam Vniuersalem* in PVFENDORFIANAM introductionem. Adde Collegium *sili elegantioris* in HEINECCI fundamenta. Initium erit finitis nundinis Lipsienfisbus.

THEOD. CHRISTOPH. VRSINVS *publicæ* hora II. III. *Metaphysicam* docebit ad ducta thesium suarum; *priusim* hora III. IV. B. nostri HEINECCI *Elementa philosophiæ rationalis & moralis*, hora IV. V. autem *Logicam* interpretabitur *seorsim*, ad ductum CL. RAVMEISTERI. Singulis etiam Saturni diebus, hora II. III. *Collegium disputatorium* aperiet.

IO. HENR. CALLENBERG in enucleandis, quos iudaico-germanice euulgati libelli continent, selectis *Rabbinorum* locis progredietur; ac fructuose *Veteris Testamenti* librorum *lectionis propædeumaticæ*, duce SALTHERIANO opusculo, pertractabit.

IO. EHRENFRIED ZSCHACKWITZ, Prof. Hist. & Philof. Ord. H. VIII. matut. declaratur *Historia Imperialis* (die *Reichs-Historie*) duce quidem Compendio STRVVIANO, eamdem methodo, vt quævis *Antiquitates Patriæ nostræ* ex ipsis *Scriptoribus* mediæ æui hinc Curis dilucidentur, & quibus Dn. Commilitonum hæc Hora minus commoda, eos *Hor. XI.* expectat. *Hor. X.* pomer. *Geographiam* methodo *Historico-Physico-Politica* explicatur. *Hor. IV.* prælucente PVFENDORFIO *Historia Vniuersalis, Regnorum, Statuumque totius Mundi*, tam emortuorum, quam adhuc florentium ex genuinis *Fonsibus* authenticæ & præctice exhibetur. Initium harum *Curarum* fiet finitis nundinis Lipsienfisbus. Lectiones *publicæ* *Hor. I.* pom. Quolibet die *Saturni* Continuationem accipiunt.

IO. FRIDERICVS STIEBRITZ, P. P. O. per semestrem hibernum scholas *logicas & metaphysicas*, illustri Dn. Cancellario, CHRIST. WOLFIO, facem præferente, aperiet. Adde *Ius nature* ad ductum KOEHLERI; atque in gratiam philologiæ sacræ amatorum *lectiones cursorias* in *N. T.* libros habebit. Horas his laboribus impendendas, nec non nouum, quod mox inhabitabit, domicilium, suo tempore ex tabula publica significabit.

EXTRAORDINARIAE.


D. HENR. BASS publice præleget *Affectus Infantum* cum cautelis d. & 7. hor. X. *Priuatim* auspicabitur 1) *Medicinam legalem* ad ductum B. TEICHMEIERI hor. XI. 2) *Deligationis apparatus* cum applicandi modo, hor. IV. 3) *Chirurgiam Medicam & Pathologicam* cum cautelis hor. I.

IO. GOTTLIB KRÆGER 1) *publicæ* h. 1. 2. *dieb. mercurii & saturni* doctrinam *de aere* experimentis illustratam ad *corpus humanum* applicabit. 2) *Medicæ puram*, 3) *Medicæ applicatam* demonstrabit duce *Illustri* WOLFIO. 4) *Physicam dogmatico-experimentalem* explicabit. 5) Neque *priuarissimas* in *physicis* desiderantibus *institutiones* deerit. *Horas* ex *voluis publicis* significabit.

HENRICVS CHRISTIANVS ALBERTI per instans semestrem hybernum doctrinam de motibus vitalibus & dispositione ac vsu organorum eo spectantium publica tractatione explicabit.

D. IVSTVS ISRAEL BEYERVS lectiones suas *oratorias*, duce GOTTSCHENIO, nec non *episcopicas* fundamentis NEVKIRCHANIS superstructas, b. c. D. reauspicabitur denuo. Horas singulis laboribus destinandas determinabunt honoratissimi Domini Commilitones, quas tandem iusto tempore reliquis consueto loco indicabit. Ceterum nulli deerit vquam, qui *carminibus, epistolarum, orationibus* &c. ab eo desiderabunt.

P. P. die XXIV. Sept. MDCCXLIII.



(9)

CONSPECTVS LABORVM

QVIBVS

PROFESSORES

ACADEMIAE REGIAE FRIDERICIANAE

PER SEMESTRE HIBERNVM

ANNI MDCCCXXXIII.

OCVPABVNTVR

PRO-RECTORE

DANIELE STRAEHLERO,

PHILOSOPHIAE PROFESSORE ORDINARIO, ET MATHE-
MATVM EXTRAORDINARIO.

Hala Magdeburgica, literis HENDELIANIS.

